

cit. l. Eos qui 2. l. Sancimus 3. Cod. de usuris rei judicate... 79 Dicitur autem notanter in actionibus...

Ursaya, Instit. crimin. lib. 4. tit. 9. num. 27. & alii contra alios. Si condemnatus ad mortem nollit se disponere ad 80...

le, an criminale sit iudicium: bene tamen advertitur Judices, quamvis ad legum observantiam adstrictos, (2) ex æquitate, quod solere temporis spatium præfinire ad faciendam solutionem, maximeque, ad instantiam actoris pronuntiant decretum, Hispanicè traslado sin perjuicio: dummodo executio in persona non privilegiata, bonis que ejusdem peragatur, quamprimum in movibilibus, horumque defectu in immovibilibus, fidejussorem de evicción recipiendo, si qualitas eorum permiserit (3) cum decimæ exactione, (supposita consuetudine solven-

(2) Reg. Sched. 11. Jan. 1770. Sabed: que en consulta de 19. de Diciembre del año próximo pasado de 1769, me ha manifestado el mi Consejo, estando pleno, que la experiencia le ha hecho ver los graves perjuicios que padece la buena administracion de Justicia, á causa de suspenderse el curso de los pleytos, siempre que á instancia de algunas de las partes se manda de órden mia que informen los Consejos, Tribunales, ó Juzgados donde están pendientes, sucediendo lo mismo quando los Tribunales superiores piden informes á las Chancillerias, y Audiencias, y así gradualmente quando éstas los piden á los Corregidores, Justicias ordinarias, ó Jueces subalternos: Que los reynos juntos en Cortes reclamaron en todos tiempos este intolerable perjuicio, hicieron para su remedio las mas reverentes súplicas á los Señores Reyes mis predecesores, y consiguieron de su justificacion el establecimiento de repetidas leyes, que lo prohiben y detestan con las mas serias providencias y penas, arreglando con admirable órden la buena administracion de la Justicia, la mas breve determinacion de los pleytos, sus apelaciones y recursos conforme á derecho, á fin de que los vasallos tengan desembarazados y libres los Juzgados y Tribunales competentes, para deducir y concluir en ellos sus acciones y derechos: Que las mismas leyes prohibian estrechamente se expediesen cartas, cédulas, y provisiones contra derecho, y ordenaban, que aunque se expidiesen por importunidad de las partes, se obedeciesen, y no se cumpliesen, ni suspendiesen el curso y determinacion de las causas; y que quando los Señores Reyes pidiesen informe ó relacion de algunos pleytos, no por esto se suspendiese su prosecucion, sino en el caso que lo mandasen expresamente, como se veia en las leyes del tit. 14. lib. 4. de la Recopilacion, especialmente en la 2. 6. y 9. Que bien advertia el mi Consejo, que estando á su cuidado la observancia de estas leyes, podia, y aun debia dar providencia para su cumplimiento; pero que al mismo tiempo reconocia que el daño era general, y que necesitaba remedio mas eficaz, y soberano, que comprehendiese igualmente la jurisdiccion ordinaria, las privilegiadas y exentas; pues extendiéndose á todas las citadas leyes, era muy justo que todas las observasen en beneficio público de mis vasallos: y con presencia de todo lo referido, exáminando muy seriamente por el mi Consejo pleno la importancia de este asunto, y persuadido á que nada podia ser mas conforme con mi Real justificacion que asegurar en mi feliz Reynado la mejor administracion de Justicia, y deseando asimismo el Consejo cumplir con su estrecha obligacion, y con lo que se ordena en la ley 7. tit. 1. lib. 2. de la Recopilacion, me expuso su parecer; y conformándome en todo con él, por mi Real resolucion á la citada Consulta, me he dignado man-

dar: "Que los Tribunales y Justicias del Reyno, así ordinarias, como comisionadas, ó limitadas á ciertas causas, ó personas, procedan con arreglo á las expresadas leyes en la administracion de justicia, á determinar las causas con la brevedad mas posible, sin permitir dilaciones maliciosas, ó voluntarias de las partes, ni suspender su curso, aunque por los tribunales superiores se les pida informe en su asunto: Que no se expidan cartas ni provisiones, ni se admitan apelaciones ó recursos que no sean conformes á derecho: Que si algunas se despachasen en contrario se obedezcan y no se cumplan: Que quando se pida de mi Real Orden algun informe sobre pleytos pendientes, se dé pronto cumplimiento; pero entendiéndose siempre sin retardacion, ni suspension de su curso, á menos que en algun caso particular tenga á bien mandar expresamente que se suspenda; encargando, como encargo á todos los Tribunales y Jueces estrechamente, la observancia de las leyes, la mas pronta expedicion de las causas, la rectitud y libertad con que deben administrar justicia, como principal objeto á que se dirigen mis justificadas intenciones." Y publicada en el mi Consejo esta mi Real resolucion, acordó su cumplimiento; y para que le tenga en todo, expedir esta mi Cedula: Por la qual os mando, que luego que la recibais, veais la citada mi Real resolucion, y la guardéis y cumplais, y hagais guardar, cumplir, y executar, segun, y como en ella se contiene, ordena y manda; sin permitir su contravencion, ahora ni en lo sucesivo, en manera alguna, teniéndola presente para su observancia en todos los casos que ocurran: que así es mi voluntad.

(3) Leg. 3. tit. 27. part. 3. En las cosas, é en los bienes del dueño del pleyto, contra quien es dado el juicio, se debe mandar cumplir, é hacer la entrega primeramente tomando de las cosas que fueron muebles fianzas en que se pueda cumplir, ó pagar la quantia de la deuda que es puesta en la sententia: é si el mueble non abondase, deben tomar de las cosas que son raíces, tantos que cumplan. E quando todo esto non cumpliese para hacer la entrega, deben entregar al vencedor de las debdas manifestadas que deben al vencido, fasta que se cumpla la quantia de la sententia. E non deben entregar por razon de la deuda sobre que fue dado el juicio en caballos, ni en armas de Caballeros: ni en bueyes de arada, cuyos quiet que sean, fallando otros bienes del vencido en que se pueda cumplir el juicio: Leg. 16. tit. 21. lib. 4. Mandamos que de aqui adelante en los depósitos de pan que tuviere las ciudades, villas, y lugares del Reyno, no se pueda hacer, ni haga execucion por deuda, que el tal pueblo debiere: Leg. 19. ejusd. ibi: Mandando por él, que se haga la execucion en bienes muebles, y á falta de ellos, en bienes raíces, con fianzas de saneamiento,...

me, ubi quod non debet fieri executio, nisi consulto Principe. Hactenus ille. (Vid. verb. Viaticum in add. hisp.)

81 Alia ad rem; Vide verb. Appellatio, verb. Judex, verb. Judicium.

82 Sententiam condemnatoriam D. N. J. C. sequentibus verbis fuisse conceptam refert P. Marzolin. nella Predic. 40. num. 13. Jesus seducentem populum, blasphemantem Deum, dicentem se Christum Judæorum esse, Cruci affigendum condemnno, & ad judicio... Illius vero tenorem diversimode refert Nicolius in Floscul. verb. Judicium ante finem: Ego Pontius Pilatus Judæx in Jerusalem sub potentissimo Cæsare Tiberio, cui felix, & faustum sit Imperium, cum sederem pro tribunali, ac Jus omnibus etiam Synagoga Judæorum dicerem, audita, & cognita causa Jesu Nazarenæ, quem Judei vincum adduxerunt, sic judico, quando ipse quidem arrogantibus verbis se fecit Filium Dei, & se Regem Judæorum prædicavit, tametsi pauperimis parentibus sit prognatus, & se templum Salomonis destructurum dixit, cum duobus Latronibus ad Crucem damnetur." Sic refert Ursaya in miscelaneo sacro, & profano p. 2. lit. S num. 28.

83 Pro justa ferenda sententia debent judices præ oculis habere, & diligenter ponderare causas merita secundum utriusque juris dispositionem; arg. cap. Intelleximus 2. de novi operis nuntiat. ibi: Quia vero sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & Sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adiutantur, Fraternitati tue mandamus, quatenus diligenter considerans... negotium ipsum secundum legum, & canonum statuta non a canonico terminare. Unde Judices tum jure civili, tum canonico satis instructi esse tenentur, quia, ut recte notatur Ludovicus Romanus Singulari 654. & post ipsum Zoesius in præmio Juris canonici num. 5. Fagnan. in cap. Supet specula nu-

84 vendi (4) & expensarum: (5) assignaturque pro forma executionis hora: (6) queis omnibus in effectu perductis, bona publice subhastantur, dies per decem illa: ista vero, per triginta, dummodo fiscale haud sit debitum: (7) quibus transactis venit debitor ad ultimam executionem citandus: qui si in triduo comparuerit, & exceptiones proposuerit, ad harum probationem decem dierum spatium commendatur: (8) adeo ut si non comparuerit, vel justificationem haud fecerit, iudex profert suam sententiam, declarando, locum esse, vel non executioni (nil de modificativis exceptionibus pertingendo) quemque producere effectum, jam est pertractatum. (9)

(4) Leg. 31. tit. 4. lib. 3. Porque los Alcaldes mayores en llevar de sus derechos de las execuciones no guardan la costumbre de los lugares, y sin embargo de la dicha costumbre llevan por entero la décima, la qual llevan ordinariamente, quando quiera que hacen la execucion en vecinos de lugares, donde no se debe décima, y tienen por cautela de guardar los deudores por las ferias y mercados para darles á executar, y llevarles por entero los derechos, diciendo que no han de gozar de la dicha costumbre, sino quando se hiciera execucion en los lugares donde la hay, y con esta cautela defraudan las dichas costumbres y privilegios: por ende ordenamos, que cada y quando se hiciera execucion por los dichos Alcaldes mayores en algun vecino del lugar, que esté dentro de las cinco leguas donde residiere con su Audiencia, se guarde la costumbre del lugar donde es vecino el tal executado: y lo mismo se guarde si hicieren la dicha execucion viniendo el executado á feria, ó á mercado, aunque el lugar donde es vecino sea fuera de las cinco leguas: Leg. 7. tit. 21. lib. 4. ibi: Y por sus derechos lleven el diezmo de lo que monta la deuda principal, donde es costumbre que lleve el décimo: Leg. 10. tit. 14. lib. 5. Ind. ibi: Guarden la costumbre de cada lugar en llevar la décima de las execuciones:

(5) Leg. 8. tit. 21. lib. 4. Mandamos, que los nuestros Alguaciles, y Executores, ni otros algunos por las entregas y execuciones, que hicieren de maravedis, y rentas nuestras, que no lleven mas de treinta maravedis al millar, hasta en quantia de cinco mil maravedis: é que si esto lleven seyendo primeramente pagada la parte principal de su deuda, y costas:

(6) Leg. 14. tit. 14. lib. Ind. ibi: Si no estuviere pagada la parte... (7) Leg. 21. ejusd. tit. 21. ibi: Y el Escribano ante quien pasare asiente la hora en que así se hiciera la dicha execucion, para que se vea y entienda quando se cumple: L. 9. tit. 14. lib. 5. Ind. En lugar de las 24. horas que tenían los executados para pagar, sin causar décima, tuvimos bien de mandar que pasasen 72. contadas desde la hora en que se trabase la execucion: (7) Leg. 19. prax. ibi: Y haciéndose en bienes muebles, se dén los pregonos por nueve dias, de tres en tres cada uno, y siendo en bienes raíces, se dén tres pregonos en veinte y siete dias, de nueve en nueve dias cada pregon: Leg. 18. tit. 7. lib. 9. Mandamos, que quando algunos, que han arrendado, ó arrendaren las nuestras rentas, pechos, y derechos, nos debieren, ó ovieren á dar algunas quantias de maravedis, que sean entregados, y tomados todos sus bienes, así muebles, como raíces de los deudores, y de sus fiadores, y que sean puestos en almoneda pública, y pregonados publicamente, el mueble al tercero dia, y la raíz á nueve dias, así como por nuestros maravedis.

(8) Leg. 19. sup. tit. ibi: Y dados los dichos pregonos sea citado el deudor para el remate en su persona, si puede ser avido: y fecha la dicha citacion, si dentro de tres dias se opusiere, y alegare excepcion legitima: corran los diez dias desde la oposicion, haciendo como dicho es, dentro del tercero dia, y no haciendo la oposicion dentro de los dichos tres dias, mande el Juez hacer remate, y pago á la parte, dando las fianzas la parte: (9) Vid. verb. Appellatio.

mer. 30. Ne Clerici, vel Monachi, Rota dec. 26. num. 32. relata ab Antonell. de Juribus Cler. circa fin. Reiffens-tuel. lib. 1. Decr. in proamio, §. 13. num. 126. & alii passim: Legista sine canonibus parum valet, Canonista sine legibus nihil, & Rebuff. cit. & secutus à Rota in dict. dec. 26. num. 32. expresse habet: Immo audacter dico, quot Jus Pontificum perfecte non potest intelligi sine legibus, cum sit medulla legum, & Jus canonicum est præctica Juris civilis. Aliter illi subjacerent censuræ, cui subjacere quosdam Doctores ex And. Mand. lib. 1. select. quart. de Acad. quart. 15. refert Brancac. de Jur. Doct. cap. 1. in fine, & Ursaya Instit. crimin. lib. 3. tit. 10. num. 13. ibi:

In institutis comparo vos Brutis. In Digestis nihil potestis. In Codice scitis modice. In Novellis comparamini Arelis. Et tamen Creamini Doctores. O tempora, o mores!

85 Possentque vocari non Juris Doctores, sed Juris dolores, ut aliquos vocat eruditissimus de Rubéis in disc. ad sciens. amat. in princip. part. 4. tom. 3. numer. 26. appellando etiam ipsos Doctores necessitates, hoc est sine lege, quia necessitas non habet legem, cap. Sicut 11. de consecrat. dist. 1. cap. Consilium 2. de observ. fejun. cum similibus; in quo sensu vocari etiam possent Doctores monetæ tonse, hoc est, sine literis, quia istæ primæ in monetæ tonsione abraduntur. De quibus ut advertit Ursaya Inst. Crim. lib. 2. tit. 10. num. 103. & seq. quando causas querunt, semper verificantur lepidum illud dictum communiter per ora curialium volitans, quod sint Advocati seu Procuratores Pilati, in quibus scilicet nullius reperitur causæ defendendæ juxta id, quod legitur Joan. cap. 18. num. 18. Nul-

Leg. 14. tit. 14. lib. Ind. ibi: Si no estuviere pagada la parte...

(6) Leg. 21. ejusd. tit. 21. ibi: Y el Escribano ante quien pasare asiente la hora en que así se hiciera la dicha execucion, para que se vea y entienda quando se cumple: L. 9. tit. 14. lib. 5. Ind. En lugar de las 24. horas que tenían los executados para pagar, sin causar décima, tuvimos bien de mandar que pasasen 72. contadas desde la hora en que se trabase la execucion:

(7) Leg. 19. prax. ibi: Y haciéndose en bienes muebles, se dén los pregonos por nueve dias, de tres en tres cada uno, y siendo en bienes raíces, se dén tres pregonos en veinte y siete dias, de nueve en nueve dias cada pregon: Leg. 18. tit. 7. lib. 9. Mandamos, que quando algunos, que han arrendado, ó arrendaren las nuestras rentas, pechos, y derechos, nos debieren, ó ovieren á dar algunas quantias de maravedis, que sean entregados, y tomados todos sus bienes, así muebles, como raíces de los deudores, y de sus fiadores, y que sean puestos en almoneda pública, y pregonados publicamente, el mueble al tercero dia, y la raíz á nueve dias, así como por nuestros maravedis.

(8) Leg. 19. sup. tit. ibi: Y dados los dichos pregonos sea citado el deudor para el remate en su persona, si puede ser avido: y fecha la dicha citacion, si dentro de tres dias se opusiere, y alegare excepcion legitima: corran los diez dias desde la oposicion, haciendo como dicho es, dentro del tercero dia, y no haciendo la oposicion dentro de los dichos tres dias, mande el Juez hacer remate, y pago á la parte, dando las fianzas la parte:

(9) Vid. verb. Appellatio.

Nullam invenio in eo causam. *Advocati de Repertorio* appellatur a Pachel. de *istant.* cap. 4. sub num. 1. fol. 7. *Mosque Doctores privilegio, non autem sapientia,* vocat Rota in Romana, seu *Spolejana Legni* 5. *Marr.* 17. §. *A quo sane, in fine coram Cerro, Leonard.* vero de *Doctore part. 1. quant.* 13. fol. 9. vocat illos *Doctores honorarios*; Sic expresse refert *Ursaya cit. num.* 103. & *seq.* Unde caveant si qui sint hujus furfuris Doctores, & *Advocati*, ne quærant fieri *Judices* juxta illud *Ecclesiastici cap. 7. num.* 6. *Noli querere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, quia solum Judex sapiens judicabit populum; Ecclesiastici cap. 10. num.* 1.

97 Avertant *Judices*, quod prætextu æquitatis non scriptæ, in concursu legis claræ, & contractus literalis, non est locus sententiæ innixæ eidem æquitati, quæ in hoc casu vocatur potentia duplex iniquitas. *Conciol. alleg. 50. num.* 38. & 39. *Andreol. controver. 92. num.* 17. in *fin. Gobat. cons. 97. num.* 40. *cit. & sequit.* ab *Ursaya Inst. crim. lib. 4. tit. 8. num.* 53. & *seq.* ubi, quod *Judex* sequi debet æquitatem legis, non proprii capitis, non contra adhibentes talem æquitatem depravari contingit id, quod de Parlamento, & Magno Consilio refert *Franc. Marc. decr. 3. in fine part. 1. nempe Ab illius æquitate, & expedienti liberet nos Deus, & Grat. discip. forensi. 660. num.* 55. & *seq.* ubi num. 27. quod quidam amicus blande redarguit *Judicem* illum, qui sententiam æquam voluit dare, præ oculis nimirum habendo æquitatem, asserendo fuisse æquam, sed sine diphongo. Hactenus *Ursaya loc. cit.* Qui *ibi. numer. 56. & seq.* subiungit coincidere lepidam illam responsonem à *Bulgaro* datam *Federico Imperatori*, qui incedens medius inter eundem *Bulgarum*, & *Martinum* ejus æmulum, eosdem interrogavit, cujusnam esset merum imperium; *Martinus* solius *Cæsaris* respondit; *Bulgarus* vero non *Cæsaris* tantum, sed & *Præsidiis* provincialium. Cum autem gratior fuisset Imperatori assentatio *Martini*, etique proinde equum donasset, ille dicere solebat, *se æquam dixisse, equum vero adauxisse Martinum*, qui cum esset obstinatissimus in sustinendis suis opinionibus, quamvis erroneis, & singularibus, ex ejus cervicosa duritie ortum est vulgare adagium, quod *Martinus* appelleret quicumque in aliqua singulari sua sententia, seu opinione pertinaciter ac contumaciter perseverat.

98 Quæ actor à num. 82. usque ad num. 88. adducit, serio legenda sunt; quare, vos rogo, risum teneatis amici.

99 Quæ locis cit. à me tradita sunt, ridenda videntur *Rom. Theologo*; & tamen ab *Auctoribus* ne dum non irridendis, sed & gravissimis, & celeberrimis illa desumpti, qui longe ante me in suis respectivè operibus ea protulerunt. Etenim quæ adducuntur sub num. 62. ea tradiderunt *P. Mazzolin. Nicolius*; & *Ursaya* celeberrimus *Advocatus Romæ* causarum *Patronus*. Quæ sub num. 83. collecta sunt ex verbis præcis cap. *Intelleximus 1. de novi operis nuntiat.* Quæ sub num. 84. tradiderunt *Ludovicus Romanus, Zoestius, Fagnanus, Rota Romana, Antonell. Reiffensuel, Rebuffus* citatus, & secutus à *Sacra Romana Rota.* Quæ num. 85. *Andr. Mend. Brancaç.* & citat. *Ursaya.* Quæ num. 86. *Eruditissimus jurisperitus de Rubels, Rota Romana,* & ex aliis multis allegatus *Ursaya*; & quæ *ibi. in fine* trado ego, habentur *Ecclesiastici præcis* suis verbis non certe ridendis. Quæ num. 87. tradiderunt *Conciol. Andreol. Gobat, Franciscus Marc. Gratian.* citati, atque secuti à dictis *Ursaya.* Quæ num. 88. typis tradidit *Romæ* in celeberrimo suo opere dictus *Ursaya.* Hinc *Judicet prudens, & eruditus Lector,* an juste poterit *Theologus* rogare, ut dicta legendo, risum teneatis amici.

99 Unica sententia pro nullitate matrimonii prolata, nemini licet ad alia vota transire. *Benedict. XIV. rom. 1. const. 30. incip.* *Dei miseratione, §. 9. & 14.* Appellatio sententiæ lata super nullitate matrimonii in quacumque instantia semper suspendit executionem. *Idem ib. §. 11.* Appellatio in causis matrimonialibus impedit

nequit per pacta pœnalita. *Idem* constit. incip. *Nimum, §. 4. & 7.* Sententia super nullitate matrimonii nunquam transit in rem judicatam, sed ex noviter detectis quodcumque revideri potest. *Idem* *cit. constit. Dei miseratione, §. 11.* Vide alia ad verb. *Matrimonium.*

Sententia unica lata in prima instantia super nullitate matrimonii, non licet ad secunda vota transire, sed duas conformes sententias ad hunc effectum prodissse oportet. *Idem tom. 2. const. 47. incip.* Si datam: Idipsum à Pontifice statuitur pro causis super nullitate Professionum Regularium, & reclamanti prohibetur è claustris exire post unicam sententiam. *Idem ib.* Nisi quis antea per duas conformes resolutiones obtinuerit restitutionem in integrum adversus lapsum quinquenni. *Idem ib.* Sententia super nullitate professionis expectanda est etiam post legitime obtentam restitutionem in integrum, ad hoc ut reclamans è claustris migrare possit. *Idem ib.* Sententiæ, quæ proferuntur in causis nullitatis professionis Regularis, postquam à Sancta Sede concessa fuit in integrum restitutio, ut plurimum sunt pro professionis invaliditate. *Idem ib.* Sententia super nullitate professionis prolata absque processu secundum juris ordinem confecto, nulla definitur. *Idem ib.* Item si citati non fuerint omnes interesse habentes in sustinenda illius validitate. *Idem ib. 100.* Vide alia ad verb. *Professio Regularis.*

Regulariter sententiæ habet effectus suos inter solos litigantes, aliis vero non nocet; *Leg. 63. ff. de re judic. leg. 2. Cod. Quibus res judicat. non nocent.* Idque tum naturalr ratione, quod alter ex facto alterius prægravari non debet, tum ratione civili, quod in judicio quasi contrahitur, atque adeo obligatio iudicati inter eos tantum operari debet; inter quos quasi contractum, id est, inter litigantes.

Ad rectam vero sensu regulæ applicationem inquirendum quinam in jure juris maxime in hac materia *Alii* dicantur. *Alii* in hac regula dicuntur, qui non eandem cum litigatore personam gerunt quales sunt hæredes, sed proprium principale, separatim, & diversum plane jus ab eo habent, quod non dependet à jure ejus, contra quem judicatum est. Contra vero in effectu juris in hac materia pro *aliis* non habentur, quorum jus dependet à jure legitimi *Contradictoris*, quo cum hactenus actum, & adversus quem judicatum, & sic facile acquisita ratione contingere potest, ut sententia prosit adversus tertium, vel eum qui non quidem fuit in lite, sed tamen idem jus habet cum legitimo *Contradictore.* Sic enim sententia tota jus facit quoad omnes, tamen nec ligaverint, nec ad judicium fuerint vocati, nec scientiam litis controversæ habuerint.

Res exemplis illustrari redditur. Initium sumamus à statu personarum, qui triplex est, *Libertatis, Civitatis, & Familia.* De statu libertatis in *L. 15. ff. de statu homin. habentur; Ingenuum etiam accipere debemus eum, de quo sententiæ lata est, quomodo fuerit libertinus, quia res judicata pro veritate accipitur.* Potest de ingenuitate duplici modo ferri sententia, ut probet is qui aliquem servum esse asserit, aut qui se ingenuum ait. Si prius fiat, & hic in probando deficit, tantum pronunciatum non probatum esse, quod probandum erat, & servum non videri; *L. 27. §. 1. ff. de liberat. caus. & hæc sententia aliis non prejudicat, quia non de jure & statu ipsius servi, sed tantum de jure Actoris pronunciatum est.* Si vero posterius contingat, quod contingere potest, si volens onus probandi subierit; *L. 14. ff. de prob. jam super ipsius statu directo pronunciatum, & ita si ingenuus pronunciatum fuit, hæc sententia etiam prodest contra omnes, qui talem libertinum esse asserere contentunt.* Sunt enim hic verba sententiæ concepta in rem, si ve de ipso statu, & ita semel statuta personæ per rem judicatam adjudicatus est. *Confer* *Hartmann. Pistor. part. 4. quest. 29. fer. per tot. Carpzov. Jurisprud. forens. part. 1. constit. 26. defin. 16. num. 1. & 2.* Necesse vero est in hoc casu, ut sententia de statu sit lata contra dominum, vel patronum, eumque præsentem, non vero ex contumacia absentem; *L. 17. §. 1. ff. de inoffic. test.*

Eodem ex fundamento sententia pro filiatione lata contra omnes prodest; *L. 1. §. final. ff. de agnoscend. liber. Intellige* tamen si quaestio filiationis cum ipso Patre, qui est unicus *Contradictor* legitimus, non cum aliquo de Agnatis fuerit. *Consule Alexand. in L. penultim. num. 60. ff. de re judicat.*

Idem dicendum de sententia lata pro uxore, modo maritus fuerit *Contradictor.*

Quatenus vero sententia in causa nobilitatis lata jus faciat, vide *Tranquilli. de feud. cap. 37. num. 1. & plur. sequent.* ubi etiam disserit de viribus contra tertium sententiæ pro cive lata.

Gravior quaestio est, an sententia lata super primogenitura, vel majoratu, & bonis inde dependentibus, noceat ei, qui post illum, qui hactenus in lite fuit, sed superatus est, ad illam primogenituram aspirare potest. *Affirmant* ex text. in *L. 44. ff. de Re judicat. Bruneman. in dict. L. 44. num. 1. Hartman. Pistor. part. 4. quest. 29. Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 8. num. 3. Carpzov. part. 3. dec. 254. num. 13.*

De sententia contra vassallum lata an noceat domino, ad *Rasenthal de feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 23. num. 3. & plur. sequent.*

Et de sententia lata de statu subjectionis an prosit contra omnes, consule *Zasium ad L. 63. num. 39. ff. de re judic. Gall. lib. 1. observ. 70. num. final.*

Sed hæc quidem de statu personæ sufficiunt. Trans eo nunc ad jura rerum, ubi itidem sæpe contingit rem judicatam jus facere inter alios, quam qui in lite fuere, & quidem potissimum inter illos, qui ab eo qui victus est, causam habent; tales sunt legatarii. His porro noceat sententia lata contra hæredem super testamento, dummodo tamen bona fide ab hærede actum sit, hæres sit victus propterea quod testamentum valere non poterit, & per incuriam *Judicis* victus non fuerit, & demum ab ipsis legatariis non fuerit appellatum. *Diversum* autem est, si sententia contra unam ex legatariis lata sit; nam aliis non nocet.

Tales etiam sunt substituti. Hinc sententia contra hæredem lata substitutis noceat. *Aliter* vero se res habet quoad sententiam latam contra cohæredem. Hæc enim alii cohæredes; qui in judicio non fuit, haud nocet. *Confer* *Zasium in L. 63. num. 17. ff. de re judicat.*

Ex alio etiam fundamento sententia inter alios jus facit. Hoc suppeditat *Juriconsultus* in citata *L. 63. ff. de re judic. scilicet: Quam quis de ea re, cujus actio, vel defensio primam sibi competit, & sequentem agere patitur.* Subjungit *Juriconsultus* exemplum: *Veluti si creditor expugneri passus sit debitorem de proprietate pignoris.* Sed vide *Zasium in dict. 62. qui num. 24. & plur. sequent.* materiam illustrat.

(Quod sit triplex personarum status, in jure pro competo habetur; in eorum comprobationem titulum perfectio sufficit, videlicet ex *15. usq. in fin. p. 4.* Omnes conducunt: in eis tractatur (*Vid. leg. 18. tit. 1. pag. 6. lit. p. pag. 51.*) de filiis legitimis, naturalibus, adoptivis, patria potestate, quibus modo dissolvatur, quomodo, & qua ratione educandi, de obligationibus que versus nutritorem per creationem, educationemve oriuntur, de servis, de libertate, de hominum statu in genere, de inter homines naturæ debito, quid sit naturalitas, de vassallis, de feudis, & demum in *tit. 27. ult.* de amicitia decisiones inveniantur: levis est hujusmodi insinuatio: verum, cum in diversis locis hujus operis sint horum titulorum determinationes sparsæ, earum extensio suspenditur. Ne despicias jam *cit. leg. 20. & 21. percurrere & recognoscere, eo quod nisi fallor, undeviginti exempla proponuntur, quibus, utrum sententia inter alios lata, aliis præjudicet necne, amplificatur.)*

Pariter contra alios etiam sententia prodest, si per necessarium consequentiam sit etiam juris Tertii exclusiva. Desumi exemplum potest ex *L. 1. §. final. ff. de Carbon. edit.* quando scilicet mater subjecti partus arguitur, ubi primum quaerito, an propter statum pueri quaestio differenda sit? Quod negatur, quia principaliter hic mater rea postestatur, & sic recenti

tempore, hoc est, de præsentis potest cognitio fieri; & potro *Juriconsultus* subjicit: *Et post eventum cognitionis, & suppositum partum apparuerit, actiones hæreditarie puero deneganda sunt, omniaque perinde habenda; atque si hæres scriptus non fuisset.* Revera enim ex errore scriptus est à patre putativo hæres, qui si partum suppositum esse cognovisset, nunquam eum scripsisset hæredem. Neque obstat quod sententia principaliter contra matrem sit lata. Nam quum ipsa de crimine suppositi partus satis convicta sit, necessario hæc sententia est exclusiva juris ipsius pueri, quum nullum jus possit habere, ubi constat per sententiam eum esse suppositum.

(Convenit memoria demandare que *lit. J. ex pag. 320.* reminiscuntur, quorumque ibi fit remissio: postquam animadvertas, supradicta omnia bene esse deocta; nihilominus quod *tit. 22. part. 3. ibi* designatur, utpote variaz decisionis hic supra notatur, eo quia proprius ad hanc materiam spectant, locus censetur, aliaz plane debent perlegi, & sunt sequæ: *videlicet lex 4. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 18. 19. 23. 24. 25. 26. & 27. ejusd. tit. 22. part. 3.*

Tractatur in eis, quando *Judex* suam sententiam possit mutare, seu revocare: de illis causis agitur qua determinande veniunt, licet *Judex* plene de facti veritate non sit informatus; que sunt præcedenda, ut *Judex* post litem contestatam, actores, seu reo contumaciter absente, decernat: quid à *Judice* fieri debeat, si in proferendo dubites: sententiæ quales habeant substantiam, statuantur, sententiam primam contra secundam sustineri: ab eo data, qui jurisdictione caret, nunquam roboretur; judicium seu sententia, quales vires habebit, si dantur plures *Judices*; & dissimulant: si unus pro libertate, alius vero è converso, illa prævalet: vis-judiciorum proponitur: bene *Judicans* que consequitur: scienter male, per imprudenciam, ignorantiamve sententiam proferens, puniatur: pena decernitur in eum qui ar injuste *Judex* determinet, aliquid offeri: denique stabilitur quando *Judicatum* possit reperiri. *Vid.* inter alia *verb.* Restitutio.

Omnia, otio nisi preparato, adnotare uno in tempore, perquam difficile estimatur: præmaximè si reflectitur, sparsas plures reperiri decisiones, quam plurimasque alias, dum aliqua ex notis hisp. nov. adiciebantur, non esse publicatas; idcirco prætermitti hic nequit sequens adnotatio. *Vid. prox. num.* 78.

Res multæ, quæ ab executione liberantur, *lit. H. pag. 240. in nov.* excipiuntur: equaria armenta, paratos, ornamenta seu eorum ephippia, & pascua inter easdem numerandi; nunc vero, ut aliquid amplius innoscescat, inter res, & personas discrimen debet constitui; per *Reg. Ord. 25. April. ann. 1775.* (de eorum generosorum factu agitur in ea) §. 5. prædicæ res ab executione sunt liberæ, etiamsi debitum ex regis contributionibus trahat originem, dummodo alia bona supersint; neque *justa §. 3.* in nutritos earum, si numerum duodecim equarum ad minus in eundem finem habuerint, aut tres admistrarios, procedi haud valet; circa personas semper fuit juris indubitati executive procedendo, nisi exceptionem patientur, ut sunt nobiles, (*Vid. prop. fin. dict. add. pag. 240.*) Doctores, (*Vid. verb. Advocatus, & Magister*) alii que artes liberales exercentes, & c. aut fidejussorem de evictione præstiterint, pro debiti solutione realiter esse capiendas: ceterum hodie per *reg. pragmatice. 27. Maii, present. ann. 1786.* quæ publicationem die 2. seq. mens. Jun. meruit, est decretum, opiffices quoscumque, cuilibet structuræ deditos, artes, & officia exercentes, debita propter civilia, parvique momenti causas, nec in carcerem includi, nec instrumenta, ad eorum exercitium spectantia, sequestrari, seu vendi debere, fiscalibus debitis exceptis, delictive quibus ad poenam corporalem deveniri possit; iterum circa agricolas dispositio sui fit mentio *leg. 25. tit. 21. lib. 4. Recop. Sicur.* insuper additur; horum personas excipi, sicut per *dict. leg.* animalia, instrumentaque aratoria excludebantur: agricolas videlicet olim exemptos & immunes considerari, debet hic in-

seri: per leg. 4. tit. 13. part. 5. inibi citat. prater animalia, predicta aratoria instrumenta &c. etiam servi pro cultura pradii rustici a domino detenti pignori nequibant, neque a quocunque iudice detineri, quapropter, cum hodie per colonos, agrive cultores ipsos, seu eorum famulos terrae cultura perficiatur, videtur, exceptionem eidem competiisse, ideoque in carcerem detradi minime posse, dum per se agros colunt; verum hęc consideratio frustra in praesens proponitur, eo quod per leg. 25. §. 2. dumtaxat eis ex mense Julii cuiusque anni ad finem usque mensis Decembris exceptio conceditur: quocirca fit patens, leg. 4. servorum significationem stricte esse accipiendam, tamquam res ceteras servos considerando, vel illam vires amississe; sed utilitate, ex ipsamet cultura. proveniente, inspecta, nisi debitum, antequam huic exercitio se dederint, fuerit contractum, per totum anni circuitum leg. 28. ejusd. tit. 2. lib. 4. Recop. exempti existimabantur: ex quo venit per consequentiam, praedictam reg. prog. 27. Maii declarationem solum effecisse, ut majorem virtutem lex 28. (de ea non remiscitur, nec est mirum: omnia in scinio peccoris sui Regem censetur habere) reciperet, absolutamque executionem obtineret, non vero novi aliquid statuisse.)

SEPULTURA.

SUMMARIUM.

- 1. **T**ripliciter sepultura sumitur: eidem quis locus: quid caemeterium importet: cur olim in eo, nunc vero in ecclesiis sepeliuntur: cui liceat in ecclesia sepulturam eligere, ad num. 6.
- 7. **Q**uod discrimen inter eum qui eandem eligit, aut non: ubi sepeliendus & quid sit sepulchrum sit gentilium, aut hereditarium: inter filios & ascendentes quae discretio: peregrini, advena, studiosi, famuli & conductarii, milites, officiales quo in loco sepeliri debent, ad num. 23.
- 24. **Q**ui alio se consulit, duas habens domos, qui in Regularium conventibus decedunt, oblato, Donati, Terriarii, intra monasteria deservientes, puellae in eis educandae, Novitii, Regulares professi, Moniales, Ejecti, Confratres, ubi sepeliendi, ad numer. 56.
- 57. **Q**uid in Summo Pontifice: Cardinales, Episcopi, Canonici, Presbyteri, Clerici Beneficarii, usor sub viri potestate, qua sepultura tumulandi, & maritus, ad num. 83.
- 84. **Q**ui habitat in confinio parochiarum: cui liceat sepulchrum eligere: & an quovis locus eligendus: patronis cui jus competat: quale impuberibus, & ubi sepeliendi: ad electionem sepulturae qualis probatio: usquequo electio possit variari: Sacra Congregationis Concilii responsa afferuntur: libera est sepulturae electio: quibus panis coercetur qui ad variationem inducunt, ad num. 127.
- 128. **Q**uae prerogative in Summis Pontificibus ut eorum corpora sepeliuntur: prope altare an quis sepeliendus: construi ubi possit sepultura, ubi melius: utrum in ecclesiis monialium: dum alibi quam in parochia sepeliuntur, quale officium parochi, ad num. 140.
- 141. **Q**ualis licentia ut nova sepulchra construantur: an juri sepeliendi a Regularibus possit renuntari: quae pacta, & conventiones observanda quoad sepulchra seu funerals: jus & usus sepulturae, non dominium acquiritur: quid ad illius acquisitionem: ad quos transeat, ad num. 155.
- 156. **A**n sit simoniacum aliquid exigere pro jure sepulturae: quomodo hoc amittatur: cui conceditur, non auferitur: eo extincto alteri concedi potest: arma, seu insignia amoveri nequeunt: qua pena sepulturae puniendae sepeliri cadavera non est retardandum: se-

184. **Q**uid si quis in puteo reperitur, submersus in flumine, laqueo suspensus, veneno, seu ferro interfec-tus: alii, qui sepultura privantur, referuntur, & quando, quibusque in casibus ad incurrendam ex-communicationem excusentur, ad num. 193.

194. **C**adavera excommunicatorum denuntiatorum in loco sacro sepulta debent exhumari si ossa possint discerni, & ecclesia reconciliari: qui in infidelibus, & paganis, interim nemo sepeliendus: an per sepulturam aliorum indignorum ecclesia polluitur, ad num. 206.

207. **Q**uibus expensis fieri debeat constructio, manuten-tio, ampliato, restauratio, & expurgatio commu-nis sepulchri: casa notariis in confinio parochiarum ubi sepelitur: ubi habens majorem sepulchrum, si non electa sepultura decaat: quid in carcere deten-tio, & Relegatio: quae observanda in Seruo Dei cum fama Sanctitatis: varia notantur attentione digna, ad num. 217.

218. **S**upplementa Auctoris subnectuntur, ad num. 272.

273. **N**ovae additiones inseruntur, ad num. 277.

**N**OMEN sepulturae tribus modis sumi potest. **Primo** pro jure sepeliendi corpora, seu cadavera mortuorum; arg. Clement. cap. Dum 2. de sepulturis, cum similibus. **Secundo** pro actu, ritu, seu officio, quo in associandis ad sepulturam, & sepeliendis cadaveribus mortuorum impenditur; cap. Dicitur 105. caus. 1. quest. 1. cap. Praecipendum 15. caus. 13. quest. 2. cum similibus. **Tertio** pro ipso loco, & situ, in quo cadavera mortuorum sepeliuntur, cap. Aurum 69. caus. 12. quest. 2. cap. Fratemitatem 3. de sepulturis, & de sepultura hoc tertio modo sumpta erit sermo.

Sepultura igitur hoc tertio modo accepta est locus auctoritate Episcopi benedictus, in quo cadavera Catholico-rum pie decessentium sepeliuntur, Sic in re Communis.

Locus sepulturae regulariter olim erat atrium, aut porticus, vel aliud terrae spatium prope ecclesiam, quod hodie caemeterium communiter appellatur, text. expresso in cit. cap. Praecipendum 15. caus. 13. quest. 2. ibi: "Praecipendum est etiam secundum majorem mensuram, ut in ecclesia nullatenus sepeliuntur, sed in atrio, porticu, vel in exheredis ecclesiae."

Caemeterium autem graece significat idem ac latine **Dormitorium**, eo quia ibi requiescunt corpora Catholico-rum, qui ratione Fidei infallibilis finaliter resurgendi, non tam mortui ibi jacere, quam dormire dicuntur; Jo. cap. 11. n. 11. ibi: Lazarus amicus noster dormit, sed vado, ut a somno excitem eum. Et Epist. 1. Ad Thessalonicens. cap. 4. num. 12. ibi: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, quem textum sit exponit S. Hieronymus dicens: *Eos dormientes appellari, quia certum est eos resurrecturos.*

Quamvis tamen olim in solis caemeteriis, & nullus in ecclesia sepeliri posset, ut patet ex cit. cap. Praecipendum 15. caus. 13. quest. 2. & cap. Nullus 18. ead. caus. 13. & quest. 2. ibi: Nullus mortuus intra ecclesiam sepelitur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, aut fideles laici, id est, laici fama Sanctitatis, & miraculis clari, ut explicat Glossa ibid. verb. Fideles: Tamen hodie, & jure, & consuetudine introductum est, ut omnes catholici, sive Clerici, sive Laici in Ecclesiis sepeliuntur; cap. Fratemitatem 3. cap. Ex parte 5. & cap. Cum liberum 6. de sepulturis, juncto cap. Cum gratia 17. caus. 13. quest. 2. ubi additur ratio, ibi: "Prodest mortuis, si in ecclesia sepeliuntur, quia eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum, quorum sepulchrum aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt."

Quilibet a quolibet impeditus potest sibi eligere sepulturam in qualibet ecclesia ad id jus habente; Communitas, per claros textus in cap. Nos instituta 1. cap. Fratemitatem 3. cap. Cum liberum 6. cap. Cum super 8. cap. In nostra 10. de sepulturis, cap. Animarum 1. & cap. Cum quis 2. de sepulturis in 6.

7. **E**t si cadaver illius, qui elegit sepulturam in aliqua ecclesia, etiam Regulari, per vim Parochi, aut alterius, non ibi, sed alibi sepeliatur, est restituendum simul cum oblationibus ecclesiae electae; textu expresso in cap. Ex parte 5. cap. Cum liberum 6. de sepulturis, cap. Animarum 1. eod. in 6. Et sic pluries decrevit Sacra Congregatio in facti contingencia, ut videri potest verb. Cadaver num. 11. ubi referantur decreta una cum confirmatione facta ab Alexandro VII. constituit. incipiente: Alias pro parte:—

8. **Q**ui sibi sepulturam non elegit, sepeliri debet in sepulchro majorem suorum, textu expresso in cap. Nos instituta 1. de sepulturis, ibi: Statuimus unumquemque in majorem suorum sepulchris jacere, ut Patriarcharum exiis docet, cap. Cum quis 2. cap. Is qui 3. eod. in 6. ibi: "Is qui non electa sepultura decessit, in ea, in qua majorem ipsius ab antiquo sepultura extitit, sepeliri debebit, dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari."

9. **M**ajorum nomine ad hunc effectum veniunt pater, avus, proavus, & alii ascendentes in linea recta; l. Jurisconsultus 10. ff. De gradibus, l. Appellatione 51. ff. de verb. signif. Panimol. decr. 5. adnot. 2. num. 15. Barbo. de offic. & potest. Parochi cap. 26. numer. 32. Reiffensuel lib. 3. Decret. tit. 28. numer. 10. & alii passim.

10. **S**i majores non in uno, & eodem sepulchro sepulti fuerint, sed in diversis, v. gr. avus, proavus, abavus, alique omnes majores in uno, pater vero in alio, tunc secundum Glossam in cap. Is qui 3. verb. Antiquo, de sepulturis in 6. Engel. lib. 3. Decret. tit. 28. numer. 6. Reiffensuel ibid. numer. 11. Silvest. verb. Sepultura quest. 8. & alios, filius decessens, non electa sepultura, sepeliri debet in sepulchro majorem, & non Patris, nisi pater pro se, & posteris aliam sepulturam expresse elegerit: Et id tenent, & probant ex quo semper in Jure fiat locutio in plurali, ut patet in cap. Non Instituta 1. de sepulturis, ibi: In majorem suorum sepulchris, cap. Fratemitatem 3. eod. ibi: Patrum, aliorumque parentum sepulchris, quo nomine etiam majores veniunt, et. l. Jurisconsultus 10. d. 8. ff. de Gradibus affinit. ibi: "Parentes usque ad tritavum nominantur, & cap. Cum quis 2. de sepulturis in 6. ibi: Cujus majores sunt soliti ab antiquo in aliqua ecclesia sepeliri, cap. Is qui 3. eodem in 6. ibi: In qua majorem ipsius ab antiquo sepultura extitit sepeliri debebit." Haec autem Jura magis verificantur, ut in dicto casu filius non in sepulchro solius patris, sed in sepulchro majorem antecessentium sepeliatur, ut ex verbis patet, adeoque &c.

11. **M**ulti autem alii tenent contrarium, nempe quod filius decessens, non electa sepultura, debeat in tali casu sepeliri, non in sepulchro omnium majorem, sed in sepulchro patris; dummodo pater ex propria electione, & non casu, vel ex aliquo accidente sepultus fuerit in sepultura diversa ab antiqua majorem. Sic late Oldrad. consil. 25. num. 2. vers. Contrarium usque ad fin. Abbas in cit. cap. Nos instituta 1. num. 5. de sepulturis, Sperell. tom. 1. decr. 88. num. 9. cum aliis ibi relatis, Barbo. de offic. & potest. Parochi cap. 27. num. 32. & lib. 2. jur. eccles. univers. cap. 10. num. 32. Medic. de sepult. quest. 7. num. 22. p. Panimol. decr. 5. adnot. 3. num. 19. ubi dicit, quod haec est receptor sententia, Ventriglia part. 2. Annot. 52. §. unic. num. 24. Matthaeucc. Official. cur. quoad sepulchra cap. 48. num. 23. Zechius de republic. eccl. lib. 1. cap. 28. de Parocho num. 27. vers. Fallit Cardin. Petra tom. 2. comment. in constit. 2. Honorii III. n. 25. Pirhing. lib. 3. Decretal. tit. 28. numer. 4. & alii, quorum tamen varii, ut Card. Petra, Barbo. Matthaeucc. & alii, ut eos legenti patet, id solum affirmant, quando proavus, abavus, & alii ascendentes majores sepulti sunt in uno sepulchro, avus vero, & pater sepulti sunt in alio, & non quando omnes majores sepulti sunt in uno, & solus pater in alio: Siquae non videntur dissentire a Doctoribus primae sententiae relatis supra num. 10.

Et revera si abavus, & proavus sepulti sint in uno sepulchro, avus vero, & pater in alio, filius decessens, non electa sepultura, sepeliendus est cum patre, & avo. Pirhing. loc. cit. num. 4. Reiffensuel loc. cit. n. 11. Engel loc. cit. num. 6. Petra loc. cit. num. 25. Matthaeucc. loc. cit. numer. 23. Oldrad. cit. consil. 25. Barbo. de offic. & potestate Parochi cap. 26. & in cap. Nos instituta 1. n. 2. de sepulturis, Silvester loc. cit. quart. 8. & alii: Et ratio est, quia sepultura inter mortuos comparatur domicilio inter vivos; atqui filius sequitur originem, & domicilium proximiorum parentum, seu majorem, patris scilicet, & avi, & non remotiorum ascendentium, leg. Assumptio 6 §. Filius ff. ad municip. cap. Fratemitatem 3. de sepulturis, ergo &c. Tum quia in dicto casu aequo satisit Juris textibus, ac si in sepulchro remotiorum sepeliatur. Si autem pater pro se, & posteris aliam sepulturam elegerit expresse, tunc utique filius, ut dictum fuit sup. num. 10. debet sepeliri in sepultura patris; arg. cap. Unaqueque 3. §. Item in novo, caus. 13. quest. 2. quia si posteris aliam sepulturam non eligant, in similem patris electionem consentire, sicut sibi ipsi sepulturam tacite elegeris censentur. Reiffensuel loc. cit. num. 11. & a fortiori omnes citati Doctores sup. num. 11.

Si adsit sepulchrum gentilium, seu familiare, & sepulchrum hereditarium, attendendum est primum, & postea secundum, cum etiam hoc dicatur aliquo modo sepulchrum majorem. Sic cum aliis Card. Petra cit. tom. 2. commentar. in constit. 2. Honorii III. scilicet unic. num. 35. Matthaeucc. loc. cit. n. 23. vers. Sicut, Passerin. de statu bonis tom. 2. q. 187. art. 4. inspec. 4. cap. 2. & alii.

Etiam infantes, quamvis juxta Rituale Romanum tit. de exequiis pueror. debeant sepeliri in sepulchro separato, adhuc tamen sepeliri possunt in sepulchro majorem. Sic expresse decrevit. Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Asculana 21. Octobris 1616. apud Barbo. sam de offic. & potestat. Parochi, cap. 26. num. 28. Card. Petram loc. cit. numer. 26. Panimol. loc. cit. numer. 18. Sperell. cit. decr. 88. in fine, & novissime Sac. Congr. Concilii in Novariens. Funerum 15. Mart. 1704. in respons. ad primum. Vide verb. Quarta Funerals, num. 32. ubi una cum aliis datur ad literam decretum.

Filii illegitimi, & naturales sepeliendi sunt in sepulchro patris, nisi in Dignitate sint constituti. Non item filii spurii, quia isti sepeliendi sunt in sepulchro matris, nisi sit femina illustris. Silvester verb. Sepultura, q. 8. d. 4. Pirhing. loc. cit. sub num. 4. & alii.

Filii adoptivi, & arrogati, si moriantur vivente patre, in cujus potestate erant, debent sepeliri in sepulchro ejusdem. Secus autem, si eo jam mortuo, decessent, quia tunc debent sepeliri in sepulchro patris naturalis, cum jam exspiraverit in tali casu adoptio. Silvester loc. cit. dist. 4. Pirhing. loc. cit. sub num. 4. & alii.

Infantes expositi non in sepultura patris, seu majorem, sed in sepultura hospitalium, in quibus exponuntur, sunt sepeliendi, arg. cap. Si a patre unic. de infantibus, & languid. leg. fin. Cod. de infantibus expositis. Sebastianus Medices part. 1. de sepult. quest. 7. num. 25. Ventriglia loc. cit. num. 25. & alii. Si autem tales infantes non essent expositi in hospitalibus, nec hospitalium expensis alerentur, essent sepeliendi in parochia, in qua contingeret eos decedere, quae decessentes, non electa sepultura, sepeliendi sunt in sua respectiva ecclesia parochiali; cap. Ex parte 5. cap. Cum sit liberum, cap. In nostra 10. de sepulturis, cum similibus.

Supradicta regula, quod decessens sine electione sepulturae sepeliendus sit in sepulchro majorem, non procedit e converso, taliter quod si moriatur pater, vel avus, sepeliendus sit in sepulchro filii, vel nepotis. Et ratio est, quia ascendentes non sequuntur sepulchrum descendentium, nec transversales sepulchrum transversarium, nisi sint haeredes; & sepultura sit hereditaria, nec sit ibi facta electio: Lavorius variat. lucubratur. tit. 2. cap. 11. n. 121. Sebastianus Medices loc. cit. n. 24. Ventriglia loc. cit. num. 24. & alii.

Si quis nullam habeat sepulturam majorem, nec